

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisches Gebet- und Stundenbuch - Cod. U. H. 22

[Bamberg (Diözese)?], [Ende des 15. Jahrh.]

[Ablassgebete]

[urn:nbn:de:bsz:31-231908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-231908)

... 2. 2. 2.

virgini commendamus. **P**refatam quiesce-
mus, ut omnes qui eius passionem ve-
neramus a peccatorum nostrorum in-
teribus eorum precibus liberemur et
Christum dominum nostrum Amen

Handwritten marginal note in a cursive script, possibly a reference or commentary.

Innocentius dedit omnibus sequen-
tem dicentibus cum deuotione in
Anno indulgentiarum. **O**ratio cum
dulcissimo verbo Iesus

Cup. **O** bone Iesu. o dulcis Iesu. **O** Iesu
fili virginis Marie plenus
misericordia et veritate. **O** dulcis
Iesu miserere mei secundum mag-
nam misericordiam tuam. **O** benigni-
te Iesu te deprecor per altum sang-
nem preciosum quem pro nobis mi-



seus peccatoribus effundere dignatus
es in ara crucis. ut abicias omnes in-
iquitates meas. et ne despicias me hu-
militer te petentem. et hoc nomen sa-
ctissimum tuum Jesus innocentem. hoc
nomen Jesus nomen dulce. hoc nomen Jesu
nomen salutare est. Quid enim est Jesus
nisi saluator? Ergo bone iesu piissime
qui me creasti et redemisti tuo pre-
ciosissimo sanguine. Rogo te ne per-
mittas me miserum peccatorem dan-
nari. quem tu ex nihilo creasti. O bo-
ne iesu. ne perdat me iniquitas mea.
quem fecit omnis bonitas tua. O bone
iesu recognosce in me quod tuum est.
et absterge a me quod alienum est

11
O bone iesu miserere mei. dum tempus
miserendi est. ne perdas me in tempo
re tui tremendi iudicii. O bone iesu
si merui miser peccator de uera tua
iusticia penam eternam pro peccatis
meis grauissimis. adhuc appello. con
fusus de tua iusticia uera. ad tuam
misericordiam ineffabilem. utiqz
miserere mei. ut pius pater et
misericors dñs. O bone iesu. que em
utilitas in sanguine meo. dum desce
dero in corruptionem eternam. Non
enim mortui laudabunt te domine
neque omnes qui descendunt in in
fernum. O misericordissime iesu
miserere mei O dulcissime iesu li

bera me. **O** pyssime Jesu propitius esto
mihi peccatori. **O** bone Jesu admitte
me miserum peccatorem inter nume-
rum tuorum. **O** Jesu salus inter electo-
rantium. **O** Jesu salus inter credenti-
um misere mei. **O** Jesu dulcis re-
missio omnium peccatorum meo-
rum. **O** Jesu fili Marie virginis in-
funde in me gratiam tuam sapien-
tiam charitatem castitatem et hu-
militatem. ac etiam in omnibus aduersitatibus
meis pacenciam sanctam. ut pos-
sim te perfecte diligere. et in te glo-
riari ac delectari in secula seculo-
rum amen. **Quicumque** **Oracionem**
sequentem **legerit**. **toctiens** **quociens**

41
42
habet tres annos indulgentiarum.
quas Clemens quartus concepit
ob rogatum Ludovici regis Francie
Solce nomen domini nostri Je-
su christi. et nomen gloriosis-
sime virginis Marie. et omnium
sanctorum sic benedictum in secula
in eternum et ultra Amen. **R** Nos
cum prole pia benedicat virgo ma-
ria **Oratio** **P**reces plii tui
quesumus dne iesu criste clemen-
ter exaudi. ut qui iuste pro pctis
nostris affligimur. pro tui nomi-
nis gloria misericorditer liberemur.
Qui vivis et regnas cum deo patre
in vnitat. spiritus sancti deus. p.

+ sancta-
rum;

Dicentibus hanc sequentem Orati-
onem semel in die flexis genibus co-
cedantur lxx milia annorum in-
dulgentiarum pro peccatis mortalibus

O Domine Iesu cruce fili dei vni-
qui pro redemptione mundi vo-
luntati nasci. circumcidi. a Iudeis
reprobati. a Iuda traditore osculo
tradi. vinculis alligari. et sicut a-
gnus innocens ad victimam duci.
atque conspectibus anne. Iayphe vi-
lari et herodis indecenter offerri. et
a fallis testibus accusari. flagel-
lis et onibus vexari. spumis confu-
symis coronari. colaphis cedi. aru-
dine percuti. facie uelari. vestibis

fol. 210. v. iam

spoliari. cruci clavis affigi. in cruce
leuari. inter latrones deputari. fel
le et aceto potari. et lancea vulne
rari. Tu domine per has sacratissi
mas penas tuas. quas ego indignus
recolo. et per sanctam crucem et mor
tem tuam. libera me a pena inferni
et perducere me digneris. quo perdu
xisti latronem tecum crucifixum.
Qui cum patre et spiritu sancto
vivis et regnas deus in secula seculorum Amen

De passione dñi ad matutinum

Mantissime domine Iesu Chri
ste. qui in vltima cena sanctissimi
et castissimi corporis et sanguinis

fol. 47